



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De die bona. cap. xlivii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](#)

D. IOANN. DAMASCENI

De iniustis ponderibus & mensuris.

C A P. XLII.

F

psal. 61.

Pro. II.
20.

osse. 12.

Amos. 8.



ENDACES filij hominum in stateris, vt decipient de vanitate in id ipsum.
Statera dolosa, abominatio est apud Deum: & pondus aequum voluntas eius. Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrumque abominabile est apud Deum: & qui facit haec, in suis adinventionibus impeditur. Abominatio Domino statera duplex: & pondus dolosum non est bonum coram eo.

Chanaan, in manibus eius statera dolosa, calumniam dilexit. Omnes labores eius non inuenientur ipsis, propter iniquitates quas peccauit.

Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terrae, dicentes, Quando transibit mensis, & venundabimus, & aperiemus frumentum, vt imminuamus mensuram, & augeamus sicutum, & supponamus stateras dolosas: vt possideamus in argento egenos, & pauperes pro calceamentis, & quisquiliis frumenti vendamus?

De zelo bono aut malo.

C A P. XLIII.

psal. 36.



O LI æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustiam. Noli æmulari ut maligneris: quoniam qui malignantur, exterminabuntur.

Pro. 23.

1. Cor. 12.

Ne æmuletur cor tuum in peccatoribus. Fili mi, ne beatos ducas malos viros, nec desideres esse cum ipsis. Noli gaudere super malos: nec zelotypus esto in peccatores. Noli inuidere gloriae peccatorum.

Æmulamini charismata meliora.

Naz.

Ne hoc nomine præclare de te sentias, quod malis melior appareas: sed dole te bonis inferiorem esse.

De die bona.

C A P. XLIV.

psal. 117.

Eccl. 7.



ÆC dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. In die bonitatis viue in bono. In die bono malorum memoria excidit. Ne absis à bono die.

Mat. 6.



N D I E malorum non erit recordatio bonorum. Nolite solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit dici malitia sua.

De die ac nocte.

C A P. XLV.

Eccl. II.

1. Cor. 10.



O S V I S N I tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiae syluae.

Naz. O-

psal. 103.

Dies & nox æquas inter se partes, atque compositam & moderatam conuersionem narrat. de mo Et & sunt. Atque alter quidem ad opus nos excitat: alter autem fessos leuat & recreat. der. dis- Tu hoc constituisti, vt nox & dies sibi inuicem blande cederent: hac nimis ratione put. fraternitatis & amicitiae legem honorans. Ac per alteram ærumnos & carnis labores compreßisti: per alterum autem ad opus & actiones tibi gratas nos excitasti.

Nox